

IN TITT. ALIQVOT FR.
CELEBERRIMOS,



DN. VDALRICI ZASII
LL. DOCT. CLARISS. LECTVRAE,
NON SOLVM AD IVRIS VETERIS COGNITIO-
nem, sed & ad usum fori & praxim eius totam,
supra modum conducibiles.

SVNT AVTEM,

*Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur,
De acqutrenda uel amittenda possessione,
De legatis & fideicommissis I.*



*Cum gratia & priuilegio ut in
amè ceditis.*

BASILEAE, APVD MICH. ISIN-
GRINIVM, M. D. XLIII.



RERVM AC VOCVM
TOTO HOC LECTVRA-
rum Zashj tomo memora-
bilibium Index.

Abbas an possit sine Capitulo
repudiare hæreditatem mo-
nacho delatam. pag. 358.
uers. 29

Ablatus absoluti cõditionem faciunt
uel certitudinem. 1. 31

Absens. 29. 17

Absens non consentit. 29. 22

Absens nescit quæ domi sunt, etiam si
publica fama sit. 31. 34

Absens possessionem quam acquisiuit
retinet. 191. 10

Accessio quid. 229. 24

Accessio continua quæ dicatur. 241. 8

Accessiones ciuiles quæ, & cur sic uo-
centur. 500. 12

Accrescendi iuris diuersitates. 464. 42

Actionẽ dotis pater sine uoluntate filij
intentare nequit. 21. 29. Limitatur
pag. seq. uers. 1.

Actionẽ habens ad rem, ipsam rem ha-
bere dicitur. 283. 30

Actiones personales. 80. 12

Actor quando non probasse dicatur.
125. 42

Actus à principio licitus quando fiat
punitibilis. 224. 1

Actus hominum quomodo interpre-
tandi. 457. 10

Actus inutilis, operatur ademptionem
actus ualidi. 447. 12

Actus iurisdictionis præscriptus in in-
colis, extenditur etiam ad extraneos.
153. 12

Actus iurisdictionis qui sint. 152. 18

Actus possessorij. 185. 12

Accumulatio actionũ quomodo pro-
hibeatur. 257. 24

Accursus de suo nomine gloria. 1. 23

Addictio in diem. 239. 9

Ademptio in hæredis institutione diffi-
cillima est, & uix recepta. 442. 4

Adiectus quis. 32. 39

Adminiculum pro accessione. 232. 19

Adulterij condemnata ex suspiciõni-
bus, dotem non perdit. 17. 9

Adulterij cõdemnari potest mulier ex
uehementibus præsumptionib. 17. 10

Aduocato & consultori sufficit habere
regulam iuris. 515. 33

Aduocatorum cautela eluditur. 231. 11

Aduocatorũ nouorum præctica. 79. 18

Aequitatis sustinendę ratio. 435. 5

Aestimatio rei quando non soluatur.
476. 13

Affixa ædibus quæ dicantur. 515. 40

Affixa ædibus cur non legentur. 516. 4

Affixa ædibus pro publico debito non
possunt detrahi. 524. 2

Affixa & iniuncta de una domo in aliã
transferrí possunt. 519. 37

Affixa ædibus nec legari, nec in contra-
ctum uenire possunt. 515. 38

Affixorũ translatio quomodo permit-
tatur. 520. 10. & 521. 14

Alienatio partis legati, quando noceat
legatario. 359. 73

Allegare rationẽ legis etiam correctæ,
sufficit. 165. 18

Alloodium. 182. 20

Alloso dupliciter uenit. 95. 30

Ambiguitas in uerbis testamenti per
quem declaranda. 436. 64

Animus & affectus supplet quod deest
naturali apprehensioni. 165. 12

Animus retinendi possessionem, ope-
ratur eius acquisitionem. 154. 16

Animo quando possideamus. 202. 16

Anus duplex, naturalis & emergens.
35. 11

Anus ultimus quando computeť in
diuisione fructuum. 57. 19

Apparere euidentissimẽ, quomodo in-
telligendum. 442. 20

Appellatione filij an & quando ueniat
posthumus. 395. 10

Appellatiua nomina duplicia. 341. 17

Arbitrandum arbitrio boni uiri. 28. 19

Arbores cæduæ in fructu sunt. 61. 4

Arbores tempestate defectę sol, mat. di-
uiduntur. 61. 23

Arumentum à natura fortiss. 188. 14

Arumentum à ueritate ad fictionem
rarum. 202. 2

IN TIT. DE SOLVT.

MATR. DN. VDALRICI ZA-

SII ENARRATIONES.



PRIMO loco notandum est, hic non esse caput libri. Nam ultimus liber in ff. uet. est lib. xxiii. sub quo continetur hictit. & j. de imp. in reb. dotal. fact. est liber xxv. Propterea non credite hic esse caput alicuius specialis libri: sed bene caput est uoluminis, quia quinquaginta libri in tria uolumina diuiduntur, in Digestum uetus, Infortiatum, & Digestum nouum. Ergo hic est caput uoluminis. Nam uolumen continet libros, ut est apud Laur. Vall. Cur autem dicatur Infortiatum, gl. hic anxie disceptat, plura alternando. Tandem in hoc concludit, quod pugnas uerborum pertinacibus relinquamus. Ego addo, quod cum uocabulum Infortiati sit barbarum, e familia Plutonis, quapropter barbaris eam disceptationem relinqui. Est enim nomen satis illotum in nostro eleganti Iure civili. Et dixit dña Milentia uxor Ioan. And. nomina pulchra multo precio esse comparanda. ita Ioan. And. de sua uxore recitat in c. i. de depos. ubi dicunt Card. & Imol. si quis deponat rem suam apud hominem illoti, turpis nominis, & res perdat, esse imputandum deponenti, qui nomen turpe non abhorruit. Quapropter non male faciunt qui nomina dura molliunt per homines latinos. Accursius de suo nomine gloriatur in l. facta. §. si sub conditione, gl. in uerb. conditio est. ad Trebell.

*Volumen.
Infortiatum.*

Nomina pulchra multo precio comparanda.

Continuatio.

Ablatiui absolute conditionem faciunt, uel certitudinem.

Quemadmodum.

Continuate rubrum nostrum ad tit. praecedentem. Bart. hic tractum facit dum materiam dotalem ff. ueteris, ad rubrum nostrum continuat, quod non erat necesse. Vos continuat duobus uerbis: Supra in ff. uet. in tit. fin. dixerat de diuortijs, sed quia soluto matrimonio dos repetitur, recte hic titulus subiicit, quo dicitur, Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Isti ablatiui, Soluto matrimonio, hic sumunt hypotheticum, suppositiue, id est, postquam matrimonium est solutum: quibus ablatiui absolute positi conditionem faciunt, ut, ueniente Caesare, id est, si Caesar ueniat, de quo multa tractat Bar. in l. i. circa iij. quest. ff. de cond. & dem. Bal. in l. i. in xi. oppos. ff. de leg. ij. ponit pulchram manu ductionem circa ablatiuos absolute positos: quia aut opponunt in dispositione ut tendant ad aliquid praeteritum quod certum est, & tunc accipiunt hypotheticum, certitudinaliter, ut hic in proposito, & in l. eucta. ff. de eucta. Aut isti ablatiui ponuntur in dispositione & significant aliquid futurum, aliquod incertum important, tunc faciunt conditionem. Haec differentia facile cognoscitur ex subiecta materia dispositionis in qua ponuntur. Et quod hic dicit I. C. in rubr. Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur, posset dubitari, quomodo intelligeret hoc uerbum, Quemadmodum. Gl. Bar. & Doct. intelligunt, quemadmodum, id est, qualiter, per quem, a quo, & in quantum pe